

parthenium · a quo multa alia quae audire desiderabamus
 audiuimus · prestabit dñs ut etiā cetera quae adhuc deside
 ramus impleantur · **EXPL EPLA BAVLIQ AURELIU ·**
ITEM EIUSDEM CUIUSUPER AURELIUM ·

V Domino becatissimo et de uita et obseruantia uenerabili · sinceritq̄ ·
 carissimo fr̄i et consacerdoti pape aurelio · augustinus in dño
 salutem ; Litteras nullas tuae uenerabilitatis · ex quo ab in
 uicem corporaliter digressi sumus accep̄i ; Nunc uero legi
 epistolam benignitatis tuae · de donato & fratre eius · et quid
 responderem · diu fluctuaui · sed tamen etiam atq̄ etiā cogi
 tanti quid sit uale saluti eorum quibus nutriendis in xpo
 seruiamus · nihil mihi aliud occurrere potuit · nisi non eē
 istam uiam dandā seruis dī · ut facilius se putent eligi ad
 aliquid melius · si facti fuerint deteriores ; Et ipsi senim fa
 cilis lapsus · et ordini clericorum fit indignissima iniuria ·
 si desertores monasteriorū admilitiam clericatus eligunt̄ ·
 Cum ex his qui in monasterio permanent · non tamen nisi p
 batiores atq̄ meliores in clericum assumere soleamus ; Nisi
 forte sicut uulgares dicunt · malus cor aula · bonus simphoni
 acus est · ista idem ipsi uulgares de nobis iocabunt̄ dicentes ·
 malus monachus · bonus clericus est · Nimis dolendum

lib. fr̄m canonicorū regulariū in monoi fr̄achētal